Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



· Job ·

sorores suas ut comedent. et biberent
cum eis. Cumque morem transissent
dies convivii. mittebat ad eos Job. et sa
nctificabat illos. Consurgensque diluculo
offerebat holocausta pro singulis. Di
cebat enim. ne forte peccaverint filii
mei. et benedixerint deo in cordibus suis.
Sic faciebat Job cunctis diebus. Quadam
autem die cum venissent filii dei ut
assisterent coram domino. adfuit inter
eos etiam satan. Cui dixit dominus.
Unde venis. Qui respondens ait. Circui
vi terram. et pambulavi eam. Dixitque
dominus ad eum. Numquid considerasti
servum meum Job. quod non sit ei similis
in terra. Homo simplex et rectus. ac ti
mens deum. ac recedens a malo. Cui
respondit satan. Numquid frustra timet
Job deum. Nonne tu vallasti eum et
domum eius. universamque substantiam
eius. Opus manuum eius benedixisti.
et possessio eius crevit in terra. Sed ex
tende paululum manum tuam. et tange
cuncta quae possidet. nisi in faciem tu
a benedixerit tibi. Dixit ergo dominus
ad satan. Ecce universa quae habet in
manu tua sunt. tantum in eum ne extendas
manum tuam. Egressusque est satan a
facie domini. Cum autem quadam die filii
et filiae eius comedent et bibent vinum
in domo fratris sui primogeniti. nuntius
venit ad Job qui diceret. Boves ara
bant. et asinae pascebantur iuxta eos. et
ecce sabei irruerunt. tulerunt omnia. et pue
ros pertulerunt gladio. et evasi ego so
lus ut nuntiarem tibi. Dum adhuc
ille loquitur. venit alter. et dixit.
Ignis dei cecidit de celo. et tactis ovi
bus pueros consumpsit. et effugi ego solus
ut annuntiarem tibi. Et adhuc ille
loquitur. venit alius. et dixit. Chaldei fe
cerunt tres turmas. et invaserunt came
los. et tulerunt eos. necnon et pueros per
cusserunt gladio. et effugi ego solus
ut nuntiarem tibi. Adhuc loquebatur
ille. et ecce alius intravit. et dixit. Filii
tui et filiae vescebantur. et bibebant vi
num in domo fratris sui primogeniti. repe
te ventus vehemens irruit a regione
deserti. et percussit quatuor angulos do
mus. quae corruens oppressit illos. et
mortui sunt. et effugi ego solus ut nun
tiarem tibi. Tunc surrexit Job. et scid
vestimenta sua. et tonso capite corru
it in terram adoravitque. et dixit. Nudus
egressus sum de utero matris meae. nu
dus revertar illuc. Dominus dedit. do
minus abstulit. sicut domino placuit. ita
factum est. sit nomen domini benedictum.
In omnibus his non peccavit Job la
biis suis. nec stultum quid de deo
locutus est. Capitulum. .y.

Factum est autem cum quadam
die venissent filii dei ut asta
rent coram domino. venisset
quoque satan inter eos. et staret in
aspectu eius. ut diceret dominus ad
satan. Unde venis. Qui respondens
ait. Circuivi terram. et pambulavi eam.
Et dixit dominus ad satan. Numquid
considerasti servum meum Job. quod non sit
similis ei in terra. vir simplex et rectus
timens deum. ac recedens a malo. et
adhuc retinens innocentiam. Tu autem
commovisti me adversus eum. ut affli
geremque illum frustra. Cui respondens ait
satan. Pellem pro pelle. et cuncta quae
habet homo dabit pro anima sua. Al
loquinque manum tuam. et tange
os eius et carnem. et tunc videbis quod
in faciem benedicat tibi. Dixit ergo
dominus ad satan. Ecce in manu
tua est. tantum animam illius serva. Egressus
igitur satan a facie domini. percussit Job
ulcere pessimo. a planta pedis usque
ad verticem eius. Qui testa saniem ra
debat. sedens in stercore. Dixit
autem ei uxor sua. Adhuc tu permanes

"ne

al. cunctas